Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift

benedixit filiis tuis intra. Qui posuit fi
nes tuos pacem: & adipe frumenti saciat te.
Qui emittit eloquium suum terre: uelociter
currit sermo eius. Qui dat niuem sicut
lanam: nebulam sicut cinerem spargit. Mit
tit christallum suam sicut buccellas: ante
faciem frigoris eius quis sustinebit? Emittit
uerbum suum & liquefaciet ea: flabit spiritus eius
& fluent aque. Qui annuntiat uerbum
suum iacob: iustitias & iudicia sua israel.
Non fecit taliter omni nationi: & iudicia sua
non manifestauit eis. Alleluia.
Laudate dominum de celis: laudate eum
in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius:
laudate eum omnes uirtutes eius. Laudate
eum sol & luna: laudate eum omnes stelle
& lumen. Laudate eum celi celorum: & aque
que super celos sunt: laudent nomen domi-
Quia ipse dixit & facta sunt: ipse manda
uit & creata sunt. Statuit ea in sempiternum &
in seculum seculi: preceptum posuit & non pre